Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35185
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar



imperio Quid plura non sufficiat regis libidini Dicilia auro et argento rebusque omnibus dicior cunctis regnis sed nec sufficiunt quas invasit et subtraxit Romane imperio regiones Quinimo elatus in superbiam novarumque rerum auctor effectus ab imperio iam defecit Congregataque armorum infinita copia et militum nimia multitudine etiam contra rem publicam coniuravit Nos autem timentes nedum illud maiestati vestre cognitum foret ob vim insolentiam universa patria deperieret simulque nobis et rei publice consulentes necessarium duximus licet sub periculo capitis nostri ad nos defferre querelam ceterum vestrum interest tantis criminibus respondere Tu ergo cesar propera nec tantum malum venturas differ in horas ne tibi dilatio et rei publice dampnum inferat

versus de principibus

Opprime dum nova sunt subiti mala semina morbi Principiis obsta sero medicina paratur Cum mala per longas invaluere moras // Cesar quamvis subtilis esset ingenii nec certum haberet utrum ex odio invidiaque an ex veritate verba procederent blande tamen ex consilio senatorum eos alloquitur Iubet in urbe manere et a se fidei sue condignos sperare honores Quas rati sue machinamenti conscientie vel nequitie ad effectum prospere perduxisse securi cum magno desiderio promissa cesaris prestolantur

4. Interim cesar plenius volens cognoscere veritatem missis sine salutatione litteris regem venire iubet ad curiam sibi et senatui super quibusdam criminationibus responsurum Rex autem dolopathos lectis litteris imperialibus